

D. AVRELI
AVGVSTINI
HIPPO NENSIS

EPISCOPI, DE CIVI-
TATE DEI

LIBRI XXII.

Veterum exemplarium collatione nunc demum castigatissi-
mi facti, eruditissimisque doctiss. LODOVICI VI-
VIS Cōmentariis illustrati. Quorum XII.
prioris, hac omnium illius Operum
Tomi quinti Parte prima
continentur.

* * *

Cum Ind'ce, hac postrema editione castigatissimo
ditissimoque facto.



LVGDVN I,

Apud Bartholomæum Honoratum.

M. D. LXXX.



III

De la Libreria de
los PP. C.R.

del convento de
San Crispano de
Alcazar de
Alcazar de



IOANNES

LODOVICVS VIVES

INCLYTO PRINCIPI


HENRICO VIII. ANGLIÆ

REGI, HYBERNIAE

DOMINO, &c.



S. D.



ITa comparatū est natura humanorū ingeniorū, clarissime rex, vt illos denū verē & ex animo admittentur, quos in eā prestare videmus arte, quā maxime nobis inter omnes placet, ac probatur. Alij aliis dediti sunt studiis ac exercitiamentū. Sic fert natura rerū, vt hac varietate speciosus ac mirabilis cōsistat mundus. & tamē, vt inquit ille suū cuiq; pulchrū. Iam olim opibus & imperio tā latē patētī non armis & sanguine quæsito, sed à parētibus per manus tradito, & robore animi corporisq;, & virtute bellica, tū charus eras omnibus, tū etiā suspiciendus. Nūc verō postquam etiam quantum ingenij viribus studiisq; sapientia valeres documenta dedisti, maior literatis omnibus cōpisti esse ac admirabilior: non quā te antea permagni aīlī mātrent: profertim quā regno cuius potētia maiestāsque est in: oculis secundam Deū maxima, animi clemētia probis atēmpere adhaerētis, quo vixit fieri cōpistiōrque nature principis imago: qui vt maximus, ita est & optimus ac p̄mo quōdam optimus, quāvis maximus. Sed qui studiis dediti non perinde vel diuitias suspiciunt, vel potentiam, quod esses quidem bonus, id in te cōplectebantur. & amore prosequēbantur ingenti: quōd rex esses, non ita admirādum ducebant, quā & scelerētī homines seps reges fuerint, corporis etiam dotibus insignes. Vt verō tua sacramentorum affectio prodiit, qua nihil vel elegantius fieri potest, vel purius, vel sanctius,



DIVI

AVRELII AVGV-
STINI IN LIBROS DE
CIVITATE DEI EX IPSIVS
AVTORIS RETRACTATIO-
NUM LIBRO SECVNDO
argumentum!

INterea Roma Gothorum irruptione,
agentium sub rege Alarico, atque impe-
tu magnæ cladis eversa est: cuius euer-
sionem deorum falsorum, mutorumq;
cultores, quos vsitato nomine Paganos vocamus,
in Christianam religionē referre conantes, solito
acerbius, & amarius, Deum verum blasphemare
cœperūt. Vnde ego exardescens zelo domus Dei,
aduersus eorū blasphemias, vel errores, libros De
ciuitate Dei scribere institui. Quod opus per ali-
quot annos me tenuit, eò quòd alia multa inter-
turbabāt, quæ differre non oporteret: & me prius
ad soluendum occupabant. Hoc autem De ciuita-
te Dei grande opus, tandem viginti duobus libris
est terminatum: quorum quinque primi eos refel-
lunt, qui res humanas ita prosperari volunt, vt ad
hoc multorum deorū cultum, quos Pagani colere